

venire conspexisset, quum nullum adhuc hujus fructum  
 percipisset, tandem expectat ultro post penitentiam labores,  
 quem videbat ita vultu dejecto esse, nihilque praeter  
 penitentiam spectare, ejus commovetur misericordia, atque  
 occurrens colum ejus amplectitur, osculisque eundem  
 fatigat. At quid filius? Quis eas, quae tum distinebant  
 perturbaciones exumerent? Pudor, tristitia, metus,  
 timor, animi vultusque demissio, spes ni eo una, quod vole-  
 bat fluctuans, reputatio prioris suae conditionis, exili  
 memoria, futurorum quoque consideratio. Atque adeo  
 ait. Pater, peccavi in coelum, ac coram te. Neque  
ignarus sum amplius, qui filius tuus dicar. Atque ista  
 verbis confessio facta, quae mentem tandem fingebat, statim  
 ei habitum priorem induit, annuloque in manu rem obsequat,  
 calceisque pedes, quo minus calcaneum morderet an-  
 xio, committit. Tum deinde vitulum saginatum mactat,  
 multoque cum splendore ~~habet~~ ac sumtu laetatur pater cum  
 filio velut e mortuis resuscitato, atque post rigeantem illam  
 iacturam de novo invento. Vides, quem admodum omnibus  
 signatibus accuratius atque manifestius haec parabola  
 ostendat a bono creatore bonaque creatione produsse, naturamque  
 esse, et perditum istum filium, et sortem: qui quidem erit  
 et tempore natiuitatis virtutisque laude superior, quique  
 et in disciplina domus paternae persisterat, priorumque glo-  
 riam atque rem, simul cum primogenitura dignitate confer-  
 retur? Neque majorem natam ex alio, ex alio autem atque  
 adversario senine atque nascenti iusto minorem sicuti, sed  
 ejusdem dignis, et naturae, et ~~in~~ disciplina fuisse describit.  
 Et confirmare oportet, si quis <sup>isto in haec</sup> parabola filios humanam naturam  
 indicare